Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ordinem uitae, instituta morum fidei uirtutisque caelestis minca;
uidentes ergo istu de tribu leui degentem et in secretem.
celauerunt eum mensibus tribus. Cumque non posset
amplius celare eum, inquit sumpsit matr eius thibin et liniuit eam
bitumine, et intecit infantem in ea et posuit eam in palude
secus flumen et obseruabat soror eius de longe ut uideret
quid accederet ei. Descendit autem filia pharaonis ut la
uaretur in flumine. et audiuit plorantem infantem, et
misit inquit et adsumpsit eum. Et dixit filia pharaonis.
quia de infantib. haebreorum est hic. Post haec ita refert
quomodo soror eius dixit, ut mittere pueri uocaret. quae eum
nutriret, et dixit inquit ad illam filia pharaonis; custodi
mihi hunc infantem. et nutri eum mihi. ego autem dabo tibi mer
cedem. Cumque nutrisset eum ait faraor factus est. indux
illum ad filiam pharaonis, et factus est ei in filium.
et nominauit nomen eius moysen dicens; quia de aqua
eum adsumpsi. Singulae haec in mentis replicare nus
teris tempus exigunt grande. et totius diei spatium
si in his consumamus uix forsitan sufficiet; breuiter
tamen aliquando pro ecclesiae aedificatione pulsandus.
Puto filiam pharaonis ecclesiam quae congregatam
ex gentibus uideri posse, quae quamuis impium
et iniquum habeat patrem. tamen dicitur ad eam
per prophetam. Audi filia et uide. et inclina